



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 145. Discessus summi Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

xima die lunæ Constantia discessurum. Sæcul. XV.
 Imperator rei hujus novitate perculsus, A.C. 1418.
 impense Papam rogat, residua adhuc an-
 ni parte ibidem commorari vellet, plura
 enim, quæ deciderentur, superesse. Ast
 reposuit Papa, discessum suum haud ul-
 tra moram pati, eoquod Patrimonium
 Ecclesiæ deprædationibus expositum, &
 Romana Civitas belli, famis, pestilentiae,
 necnon civilium dissensionum malis op-
 pressa ingemisceret. Quare enixe se ob-
 testari, ut harum rationum momentis, at-
 que expositæ necessitati Cæsar cedere
 vellet, aliunde etiam, cum a toto Chri-
 stiano Orbe verus S. Petri successor cole-
 retur, justum, æquumque esse, ut hujus
 S. Apostoli Sedem occuparet, cum enim
 Romana Ecclesia omnium ceterarum
 Mater esset, oportere, ut ibidem Roma-
 nus Pontifex resideret. Imperator Pon-
 tificem retineri posse desperans, & i-
 pse abitum parat.

§. CXLV.

Discessus summi Pontificis.

Interea vero Martinus quindecim adhuc
 dies Constantiæ hærebat, tandem de- Monstrelat.
 cima quinta Maji, re divina in Ecclesia
 Cathedrali peracta, postera die Constan-
 tia discessit, comitantibus eum Imperato-
 re, aliisque Principibus. Insidebat e-
 quo

Sæcul. XV. quo albo Pontificalibus indutus ornamen-
A.C. 1418. tis, tectusque umbraculo, quod quatuor
Comites deferebant. Sequebantur om-
nes Nobiles Viri Equestres tanta fre-
quentia, ut horum numerus ferme ad qua-
draginta millia ascenderet, haud com-
putata pene innumera pedestris comita-
tus multitudine; cum ad Urbis portas
perveniret, ex equo descendens, & Pon-
tificalem habitum deponens, rubram to-
gam induit, aliumque equum conscendit,
in quo sub comitatu Cæsaris ac Princi-
pum Gottlebiam pergebat, ubi Reno
fese committens, Scaphusiam tendit, Car-
dinalibus aliisque suis Aulicis terrestri i-
tinere insequentibus. Inde vero Im-
perator cum ceteris Principibus Constan-
tiam rediit, atque absente Papa suam præ-
sentiam haud fore necessariam ratus,
itinieri sese accinxit.

§. CXLVI.

Discessus Sigismundi Imperatoris.

Non nisi vigesima prima Maji die abiit
Cæsar, iterque suum versus Argen-
toratum direxit, quasdam Alsatiæ urbes
Imperio subditas visurus. Sunt, qui per-
hibent, illum Montisbeligardi cum Duce
Burgundiæ consilium iniisse, quo pacto
Galliam dissidiis scissam concordiæ resti-
tueret, atque opportunis medijs Arme-
niacum